



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginus**

**Campidonaë, 1673**

Dubium 24. An revocentur in Trid. privilegia, quæ aliquid concedunt  
regularibus tempore interdicti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

Neque etiam refert, quod Pralati Re-  
 gularium faciant de hoc scrupulum suis  
 corporibus, & ita dicant ipsis, quod sub  
 tali teneantur ad Horas, non enim  
 tenebuntur; & si aliqui Pralati ita  
 dicant, non desunt qui aliter. Imò in his  
 corporibus ferreis, quibus Pralati pro  
 prii parte non regunt sua Monasteria,  
 per rationes politicas pravalente sa-  
 pientia carnis contra Spiritum Dei, &  
 Regula, ego puto meritò posse dubitari  
 super qua aliquis Superior facit  
 scrupulum juniori fratri, nisi evidenti-  
 rationibus dictum suum confirmet,  
 quod ego hinc taceo multa relicta  
 in opinione peritiorum censura.

D U B. XXIV.

*Quæ in Tridentino privilegia, quæ  
 concedunt Regularibus tem-  
 pore Interdicti?*

Ad Cap. 14. sect. 3.

S U M M A R I U M.

Adhiberi censuras ab Ordinarijs loco-  
 rum possunt.  
 Censuræ hinc putant aliqui revocari privi-  
 legium est retinendum & 3.  
 Censuram illud Trident. non habet Clausulas  
 derogat. Insufficientes.  
 Censuram censetur servari quando recipitur,  
 nisi certis diebus suspendatur.  
 Censuram declarationis Cardinalium.

Trident. sess. 25. cap. 12. de Regul. sic

loquitur: Censuræ & Interdicta, nequæ

ab Episcopis emanata, sed etiam ab Ordinarijs

in orationibus publicentur atque serventur.

Etiam autem Regulares varia privile-

giarum materia, de quibus nunc qua-

erunt sint per illud decretum abroga-

ta, & respondet affirmativè Navar. in

cap. 27. n. 190. Et cons. 7. de priv. Cui sub-

scribit Garc. p. 3. de benef. c. 2. & p. 5. c. 8. ubi

notat esse declaratum à S. Card. Congr.

Sed contrarium tenent Sayr. l. b. 5. de  
 cens. c. 13. Henriq. lib. 13. cap. 48. Peyrin.  
 to. 1. in exposit. Bullæ 2. Sixti IV. Joan. dela  
 Cruz. de stat. Rel. lib. 2. cap. 7. dub. 2. concl.  
 2. Roder. to. 2. qq. Reg. 112. n. 1. Capuccin.  
 in add. ad Casar. v. interdictum 3. n. 3. Me-  
 dina & alij. Ratio est. Tum quia in de-  
 creto relato nullæ sunt Clausulæ non ob-  
 stantiarum, quæ tamen ab omnibus di-  
 cuntur necessariae, ad hoc ut Tridentini  
 decreta habeant efficaciam derogandi  
 privilegij. Tum quia Trident. aliud non  
 querit, nisi ut interdictum positum ab  
 Episcopo servetur, satisfis autem suffi-  
 cienter huic intentioni quando recipi-  
 tur, quamvis secundum privilegia suspē-  
 datur in certis diebus aut certæ personæ  
 ad Divina admittantur.

Quod verò attinet ad declarationem  
 Cardinalium, quam allegat Garcias, facit  
 pro hac opinione, quia Cardinales non  
 censuerunt omnia omnino privileg. tol-  
 li per decretum, de quo loquimur, sed ea  
 tantum, quæ fuerunt obtenta ante Trid.  
 manentibus ei posthumis in suo vigore,  
 unde quia post ipsum Trident. Pius IV.  
 alijque Pontifices, confirmaverunt privi-  
 legia, quæ omnia, (etiam prius extincta)  
 per hanc confirmationem revixerunt,  
 innovata sunt, & de novo concessa, ideo  
 possunt dici omnia Tridentino posthu-  
 ma, atque ideo secundum prædictam de-  
 clarationem non esse à Tridentino abro-  
 gata aut si fuerunt, esse restituta, & usum  
 de præsentis licitum.

D U B. XXV.

*Quæ sint requisita ad Sacrificium Missæ  
 ritè celebrandum?*

Ad Cap. 17. §. 2. sect. 3.

S U M M A R I U M.

1 Ad Missæ Sacrificium requiruntur sacre vestes.

2 Quæ, quot & ex qua Materia. 6. & 7.

P p 2

8 Acci.

REGIA  
 LARVNT  
 ET  
 ENTARIA  
 REGILAS  
 LLARLE  
 TOLICE  
 III  
 8